

Qr. 270/1.

Z e
1360

ORNATISSIMO

VIRO JUVENI

DN. JOHANNI

SCHIDELIO BUDISSINO,

SCHOLÆ PATRIÆ COLLEGÆ,

SPONSO, CELEBRANTI

NUPTIAS 12. MARTII,

ANNO CHRISTI

1612.

X 2124847

CUM

LECTISSIMA VIRGINE,

CATHARINA BICCIA,

SPONSA.



BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

*Gratulantur ejusdem Scholæ cives,
animo grato, Minerva tenui.*

BUDISSINÆ

EXCUDEBAT NICOLAUS ZIPSERUS.

M. DC. XII.

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
HALLE (SAALE)



1771

ONTARIO

1771

SCOTT'S BROTHERS

300 N. W. 10th St.

Grand Rapids, Mich.

Michigan

Ann Arbor

1871

RECEIVED

LIBRARY

1871

General

Library

1871

Ann Arbor



Nobilis gaude, quia fas polita est
 Arte Schideli, sacra vincula lecti
 Nam subis sacri quibus ipse mandat
 Fova ligari.

In tuum, bellis Catharina prestans
 Moribus, formam thalamum: tuosque
 Sic in amplexus datur. O beatas
 Munere tanto.


Dura de vestris humeris recedant
 Fata, crudeles simul atque lites:
 Corda sic longo foveat creator
 Flatus amore.

VVOLF GANGUS SIGISMUND.
 ESPICH.

Dulcius in terris nihil est, nil carius unquam,
 Laticia sociam quam rebus habere secundis,
 Nec non quae revelat tristem sermone dolorem
 Rebus in adversis mœrenti. Hac mente revolvis,
 Qui tibi junxisti sociam, nove Sponse Schideli.
 Nunc bone Praeceptor letâ cape gaudia mente,

A 2

Nam



Nam tibi Sponsa datur prestans virtutis amore,
Moribus & placidis, mirâ pietate referta.
Pectus pange tuum, dulces ale pectore motus
Ibit in amplexus tua Nympha pudica pudicos.
Vivite concordēs: sic vivite Nestoris annos,
Sic domus innumerâ tua prole beata futura est.

Debitæ gratitudinis ac benevolen-
tiæ ergo faciebat

PETRUS GEBHARDUS
Primislaviensis Marchicus.

VT fortè adspiceret Venus superba
Addictum melioribus Camænis
JOAN-SCHIDELIUM libris vacare,
Spernentem Venerisq; vimq; Amoris,
Venustam subito puellam Amore
Adduxit duce, farièq; cepit:
Hanc queso sociam laborum habeto
Hæc te Nympha labore recreabit
Lassum, mille tibiq; gaudia addet.
Hanc ut conspiceret decore morum
Orisq; egregii benignitate

Dotatam;



*Dotatam; subita en movere mentem
Nympha forma suam incipit, Puelli
Sensit spicula: Tu mihi, profatur,
Tu places mihi sola, tecum obire,
Tecum vivere, cor meum, jubet mens:
Tum sic fors Venus: Ergo vivitote
Concordes, sociique in amore casto:
Lecto desit Eris, Charis sed adsit,
Sit conjux vegeta beata prole.
Nectant lanifica simul sorores
Vita stamina, sic coopto, longa*

Fausti ominis ergo

PETRUS WERNER ALLENDSTIGA-
Austrius Adpon.

T E T P A Σ T I X O N .

PEr gratū nautæ properans est FLUMEN ad Indos:
MARTE sub immani militis omne decus:

Lætificat FOCUS ignivomus, quod frigora sensit:

Nocte micans LUMEN nocte viator amat:

Appetit is MORTEM, premitur qui rebus in arctis:

Indulget fauci qui COCUS, ille placet:

Ast JANOCATHARIS Domino sit gratior omni

FLUMINE, MARTE, FOCO, LUMINE, MORTE, COCO.

Honoris, moris, & amoris ergo scribebat

Hieronymus Bielius, Tenstadiensis, Tyrigeta.



Κύριε ὑψίμεδον, βασιλεῦ διωάτ' ἐμβασιλεύων
 ἔλυμπα μεγάλα, καὶ χθονὶ εὐρυχόρῳ,
 Ἀρχὴν ἀνθρώπων λόγῳ ὅς πολύμοχθον ἔπλασσας,
 Πάντα γὰρ ὅσα ἔχει κόσμος ὁ Τερψίνοϑ,
 Νυμφίῳ ἡμῖν τῇ νύμφῃ ἔγγιζε βεβαίως,
 Δὸς Τηρεῖν αὐτῆς σὺ νόμον ἰσότηρον.
 Χριστὲ γόνιμα θεῶν, εἰκὼν πατρὸς ἀθανάτοιο,
 Κρηδία δεσμῶν τῶν δοκίμαζε λέχους.
 Πνεῦμά ἅγιον, πεπνυμένον, ἠδὲ καὶ ὀβριμόεργον,
 Ἐν λέκτρῳ αἰεὶ τοῖς δὸς ὁμοφρονέειν.
 Συγχαίρω τάδε, τὸν θεὸν εὐχομένῃς με ἀκῆσειν
 Πισεύω, δώσειν ἠδὲ καὶ ἡσυχίην.
 Ὅλβι ἄτερ τε κακῶν, καὶ ἄτερ χαλεποῦ πόνου,
 Τὴν εὐνοίαν αἰεὶ, φίλτατα ἠδὲ τέκνη.
 Μακροτάτην ζωὴν τῇ ὄπι χθονὶ παρυβοτείρῃ,
 Καὶ μετ' ὄπιχθόνιον τὸν βίον, αἰδίων,
 Οὐρανῶ ἐν τῷ ἄκρῳ ἅμα τοῖς μακάρεσσιν ἄσασιν
 Αἰνήσασιν αἰεὶ παμμεδέοντα θεὸν.

Gratitude, Honor & Amoris ergo
JOHANNES CICHORIUS SORANUS.

P Sallite Musicolæ dulces modulamine voces
 SCHIDELIO sponso cui nova nupta venit.
 Hæc sit dulcis Onyx, rebusq; levamen in arētis:
 Hæc sit curarum certa medela viro.
 Ducite jucundam felici sidere vitam,
 Methusala longos & superate dies.

Gratitude ergo F.
ABRAHAMUS GUNTHERUS
 Saganus Silesius.

Jam

J Am croceis rorare genis Tithonia cepit
C onjux, & rapido vexit ab axe diem:
O mnes adsitis cincta Parnasside Lauro,
A dsitis Sponso, turba novena, novo:
H oc etenim, Sponsus doctorum fama virorum,
T ecta subintrabit, lumine, Conjugii.
A dsitis queso, sacra munia vestra colet, cui
T am multas artes docta Minerva dedit.
N unc tu quid, dicas, perdocta Thalia moraris?
H unc Sponsum, votis heus adorire bonis?
N unc quid vota diu Sponsum cessatis adire?
A h vota haud Sponsa vestra negate, nova.
E rgò tibi multum dicunt mea vota, salutem,
R ex superùm Divùm fac rata vota sient.
S alve festa dies niveis induta lapillis,
I n Thalamum, properat quo CATHARINA, tum
S tat nive candidior sic flos Hyacinthus ut agris,
N emo & Apollineo pulchrior ore fuit.
C asta tibi veniet, prestans pietate fideq;
A spice fulgentùm, gratia quanta, genùm.
H eus Venus in rutilis residens ut ludit Ocellis,

Blandaq³, blandidulo splendet ab ore, Charis.
Imò quod magis est, audi; Praeceptor amande,
In fovam, propriam, collocat illa, fidem:
Deniq³, quid restet? nihil ipsi forma negavit,
Claret, ut in caelo sidera clara, solo.
Ergò cum nactus praestantem corpore Nympham,
Cordis ab affectu gratulor ipse tibi.
Lite torus careat, procul absint praelia linguae,
Illa tuis monitis obsequiosa fuat.
Imò pax alis, thalamum circumdet, amenis,
Ac vobis semper, prospera cuncta fluant.
Vivite longevi, quod cornix vivit in annos,
Nam plura haud possum suppeditare tibi.
Salvus adi Thalamum, ditet vos funo novos
Ac producat, pignora blanda, tori.

Carmen dicolon-tetastrophum. priores tres Choriambici
 tetrametrici unicus vero Trimeter Choriambicus
 Epodicus ad calcem singularum stropharum adjectus.

Quò tendit properans Pieridum chorus?
Quo tendunt Charites dulcia quæ canunt,
 Alternis vicibus Carmina cur ferunt?
 Plausu júbila maxima?

Causam



Causam nosco sacri Concinit en NOVE
Musarum ille chorus Sponse tibi, tuæ
Sponsæ, Conjugio quæ tibi jungitur
Plaudit mellifluo sono.

Ipsus nunc etiam Carmine arundine,
Fingebam gracili; cum quibus ipsemet
Tædas concelebrem, Sponse tuas novas
Et Sponsæ Catharinulæ.

Tædashis precibus gestio persequi
Ipsus Sponse novas, Sponsa tibi simul
Opto totus orans, prospera maxima,
Vita & Nestoreos dies.

JOHANNES CEIDLERUS

Schluc: Ejusdem Scholæ Alumnus
debitæ gratitudinis ergo pro privatâ
tüm publicâ Institutione accinebat.

Cur mea Musa taces? cur non gratare Iohanni
Schidelio? clarus qui viget eloquio.
Ducitur ecce viro Catharina, decora puella,
Eximiis certè moribus ipsa nitet.

A 5

Ergo



Ergo precor, Jano Vt Degatls Corpore V Ita M
Cervorum, Et Dominus prosperet, oro, torum.

Fausta acclamationis ergo
apponebat

MAURITIUS MAJUS
Budissinus.



FINIS.



Ze 1360

AK

1077

M. 5



QR.270/1.

ORN
V


DN. J
SCHIDEL
SCHOLÆ P
SPONSO
NUP
A

LECTISS
CATHA




Gratulantu
animo g

BU
EXCUDBAT
M.



© The Tiffen Company, 2007

TIFFEN Color Control Patches



Z e
1360

OTHECA
SAVIANA

ATS
ALLE
ALE
BIBLIOTHEK

